

LECTIO DECIMA

A RÓMAI FALUSI ÉLET; MEZŐGAZDASÁG

Haec erunt vilici officia. ... Alieno manum abstineat, sua servet diligenter. Litibus familiae supersedeat; siquis quid deliquerit, pro noxa bono modo vindicet. Familiae male ne sit, ne algeat, ne esuriat; opera bene exerceat, facilius malo et alieno prohibebit. ... Pro beneficio gratiam referat, ut aliis recte facere libeat. Vilicus ne sit ambulador, sobrius sit semper, ad cenam nequo eat. Familiam exerceat, consideret, quae dominus imperaverit fiant.quod dominus crediderit, exigat. Vilica ...ne nimium luxuriosa sit; vicinas aliasque mulieres ... neve domum neve ad sese recipiat; ... Munda sit: villam conversam mundeque habeat. Kalendis, Idibus, Nonis, festus dies cum erit, coronam in focum indat, per eosdemque dies lari familiari pro copia supplicet.

Sapientem aliquis interrogabat, cur amaret taciturnitatem. "Natura- inquit- unum os et duas aures nobis dedit, quasi admoneret, ut multa audiemus et pauca diceremus."

Idem sapiens: "Mors quid sit, rogitas; si scirem, mortuus essem."

Sententiae

Bis vincit, qui se in victoria vinceret.

Debuisset iam pridem.

Si tacuisses, philosophus mansisses.

Fortiter in re, suaviter in modo.